



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Status generalis Monialium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

Cratē collocutorij Visitationem incipiat, conficiendo statum generalem, vt infra, & regulariter à maioribus. Officialibus, & ab antiquioribus incipiat: aliquando tamen expediens erit, vnam ex maioribus, & vnam ex inferioribus alternatim audire. Maximè autem cauendum est, ne percipi aut cognosci possit, à qua aliqui id intellexerit; ne inter ipsas

simulates, quæ ab eis difficilè euelluntur, oriantur. Et Visitator cum illis non sit vt Iudex, neque vt mater, sed vt pater agat: Et in ipsa visitatione Discretas congregare: atque ijs, quæ contra earum institutum perspicua, notoriauè sunt, in congregatione, prouideri curet. Status autem hoc pacto confici potest.

## CAPVT V. Status generalis Monialium. S. N.

Die prima Octobris 1592.

**N**ONIALES S.N.P.O. Mediolani sub Regula S. benedicti, sub regimine Ordinarij, vt semper fuerunt. Sunt num. 50. & ita est numerus præscriptus; Vt constar instrumento rogato per N. Notarium Cancellariæ Archiepiscopalis, sub die 12. Aprilis 1583.

Professæ velatæ sunt 36. } Et nomina singulari, & officia, quæ habent, sunt vt in indice.  
Habentes suffragiū 31. }  
Nouitiæ Chorales 5. }  
Professæ conuersæ 7. }  
Nouitiæ 2. }

e. super  
eo, de  
arg.

Habitus est niger. In hocq; nulla est differentia inter professas chorales, & nouitas, & etiam conuersas; nisi quod illæ vtuntur cuculla, hæ autem non: Et illæ velo nigro velatæ sunt; hæ verò albo: Cōuersæ etiam grossiori, ac viliori panno vestiuntur.

Constitutiones habent iussu Cardinalis S. Prædixi beatæ memoriæ pro Monialibus editas; quarum aliqua pars sicut etiam regulæ capitulum in communi quotidie legitur.

Habent etiam nonnullas Ordinationes à pluribus Visitatoribus factas, ac in libro descriptas; quæ ferè omnes executioni mandatæ sunt.

De officialium. Officialia maiores, videlicet, Abbatissa, Priorissa, & Discretæ, quæ sūt sex, suffragiis tacitis coram superiore, vel alio delegato ante cratē colloctionis extra Monasterium existente eliguntur, & confirmantur. Et pro electione Abbatissæ duæ partes suffragiorū requiruntur: pro aliarum verò electione maior pars sufficit: Minores autem Officiales à maioribus coram præfato superiore, vel delegato, & confessorio creantur, vel coram hoc tantū nominantur, & à superiore confirmantur, vel etiam nonnullæ arbitrio suo constituuntur: & quælibet officium sibi assignatum libenter suscipit. Suffragium autem non habent, nisi quæ triennio post emissam professionem in Monasterio commoratæ sunt. Antequam verò dies electionis veniat, quotidie pro foelici electioni per mensem officium de Spiritu Sancto in Choro dicitur; & singulis festis, & ferijs sextis fit oratio publica.

Maiores in officio piennio, aliquando etiā triennio arbitrio superioris durant: minores verò singulis annis mutantur, & renouantur, vt supra. Et quod de duabus sororibus germanis præscriptū est, omnino seruatur, ne videlicet quando vna est Abbatissa, altera sit Priorissa, Discretæ, vel Ianitrix, vel Scriba, vel Celeraria.

Nulla, quod sciatur, aliquid proprii habet, vel etiam quid superfluum, alie-

electio-  
ne, &  
quo tē-  
pore in  
officio  
perficiat.

De pau-  
peribus.

M 3

num-

& vita  
in com-  
muni.

numuè à paupertate, quam professa est præterquam quod nonnullæ sunt, quæ libros pretiosiores, ornatioresque, imagines, & huiusmodi retinent.

Quod à parentibus, ab aliu suè alicui donatur, Abbatissæ statim assignatur, quæ ex eo illius Monialis necessitatibus, ac etiam commodis honestis prouidet; nisi pro Monasterij necessitate, vel utilitate alia causa vrgeat. Idem seruatur in acquisitis à Monialibus, industria, ac labore. A Præfecta enim earum laboribus quicquid cuiuscunque Monialis opera Monasterio acquiritur, in libro describitur, & diligentioribus necessitatibus, commodisue prius prouidetur.

Omnes aluntur, & vestiuntur sumptibus Monasterij. Et vestes laneæ, & pelliceæ, in locis communibus asseruatur; quorû singulis duæ Moniales præfectæ sunt.

Victus quotidianus est, vt in indice. Vestiuntur verò Moniales iudicio, & arbitrio Abbatissæ; cui Priorissa, & discretæ necessitates singularum Monialium iudicare tenentur. Et nulla apud se vestes habet, præter eas, quæ ad quotidianum vsum sunt necessariæ.

Nulla, quod sciatur, quidpiam etiam alij Moniali donat. Abbatissa tamen benefactoribus Monasterij, Monialiumque parentibus, ac consanguineis proximis semel, vel bis in anno aliquid parui momenti cum consensu Capituli largitur.

De Obedientia.

Pecuniæ in capsula quæ duabus clauibus diuersi operis clauditur, collocantur; quarum clauium ab Abbatissa vna, & altera à maiori Discreta asseruatur; Neque capsula aperitur, nisi vtraque sit præsens cum scriba maiori.

Obedientes sunt ferè omnes semper; & quædo aliqua ex fragilitate repugnare, vel non statim obedire videtur, pœna graui iuxta qualitatem delicti plectitur. Nulla, n. est à trib. annis, & vltra, quæ

pertinax, & ita contumax, extiterit, vt illud crimen ad superiorè referre opus fuerit, Discretis ad præscriptum Concil. eod.

Conc.  
Prou. 1.  
eod.

Nulla est familiaritas, neque familiaritatis suspicio extra Monasterium: Inter ipsas quoque Moniales non videtur esse aliqua vitiosa, nimiaue dilectio.

De castitate.

Dormiunt singulæ in suis lectis, & in cellis siuè locis, stationibusue peculiaribus; duabus tamen exceptis quæ ex causa, atque cum superioris facultate in scriptis in eadem cella, licet in diuersis cubilibus dormiunt.

Nemo aliam tangit, nisi necessitatis causa; alioquin graui pœna plectitur.

Concil.  
Prou. 1.  
eod.

Epistolæ, neque aliæ scripturæ extra Monasterium absq; Præfectæ facultate minimè mittuntur; neq; etiã vlla attrementarium priuatim habet; neq; literæ recipiuntur, nisi prius visæ sint à Præfecta.

S. Ant. d.  
cap. 6.

Vanitas nulla in vestibus, velis, alio uè modo in ipsis Monialibus apparet.

Vital. in  
cl. 2. §.

Neque etiam calceamentis ferro munitè, perforatis vtuntur.

1. n. 25. de  
stat. mō.

Neque longos crines, neque trenatos habent.

Petr. p. 4.  
de refot.

Specula non habent, neque figmento vtuntur, Verba indecentia nullo pacto proferuntur.

mon. e.  
Fucar. de  
confect.

Vbi videri alias possent, vel à Concionatore, vel à Medico vel à quocunq; alio, velo conteguntur vsque ad os.

dist. 1.

Canes, aues, iumenta, & similia non aluntur in Monasterio.

Conc.  
Prou. 4.  
eod.

Clausuram inuiolabiliter à singulis seruatur; & nulla ianua cum aperta est, appropinquat.

Conc.  
Prou. 11  
eod.

Nullus locus est, per quem in Monasterium quis facillè ingredi possit præter ianuas.

Petr. p. 4.  
de refot.

Neque vllus locus est, ex quo in Monasterium prospiciatur; cui prouideri possit, vel cuius occasione aliquod scandalum oriri queat.

monial.  
Fusch.

lib. 2. c.

18. sub  
num. 42.

De clau-  
sura.

Nemo

Nemo absque facultate Superioris in scriptis, & absq; necessitate Monasteriū ingreditur; & illos nulla alloquitur, nisi illæ, quibus ab Abbatissa permissum est.

Ad custodiam ianuarum ordinariarum dux saltem semper assistunt.

*De Officio diu. Doc. in d. cap. 2.* Officiū recitatur suis horis, vt in indice. Psalterium est secundū ritum Ambrosianum; reliquum verò Monasticum congregationis Sanctæ Iustiniæ.

Sunt ferè omnes frequentes.

Dicitur satis distinctè, & attentè.

*De alijs excitationibus spiritualibus.* Oratio mentalis singulis diebus bis habetur; Videlicet in hyeme post Primas, & post Vesperas immediatè per horam.

In æstate verò post Matutinum, & post primum signum Vesperarum per dimidiam horam.

Examen conscientie fit per quartam partem horæ, antequam dormitionis signum detur immediatè.

Missam singulis diebus audiunt: Dux verò Missæ quotidie celebrantur.

Constitentur peccata, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum singulis diebus festis omnes regulariter sumunt; nonnullæ verò etiam ferijs sextis.

Sermones spirituales, concionesuè audiunt à Confessario, vel à R. N. ad id deputato ferè singulis festis.

Lectio libri spiritualis, ultra illā, quæ in refectorio habetur, in loco, in quo Moniales laboribus nauant, quod laborerium dicitur, per horam singulis diebus ferialibus adhibetur: aliquando etiam inter ipsas fit collatio eorum, quæ audierunt iubente Præfecta.

Leguntur autem libri, quos Confessarius singulis mensibus præscribit ultra caput regulæ, & partem aliquam constitutionū, quæ ordine quotidie leguntur.

Diebus verò festis nonnullæ ad hoc deputatæ doctrinam Christianam con-

uersas per horam docent: alia separatim in aliqua lectione spirituali, vel in cantu tempus consumunt; Et si fortè concio non habetur; tunc coniunctim legunt librum spiritualem.

Conuentus, siue Capitulum, vt dicitur culparum singulis ferijs sextis habetur; & omnes conueniunt: & dicitur culpa errorum; & iniungitur poena ad præscriptum.

Disciplina vt dicitur, in communi fit ferijs sextis; tempore autem Quadragesimæ, & Auentus, etiam ferijs quartis.

Concordia, & pax inter ipsas Moniales esse videtur, & maximè seruatur, vt nulla temporis superioris delicta iniuncto animo obijciat: & vt grauius puniantur, quæ charitatem violant, & quæ zizania seminant.

Silentium in Ecclesia, in refectorio, & post dormitionis signum regulariter seruatur; alijs verò temporibus, & locis non seruatur omnino.

Ianuarum dux sunt; Vna enim ad vsum Monasterij non sufficit; quarum vna iumentis, curribus, & vehiculisque agendis; altara verò alijs vsibus, & commodis necessarijs inseruit.

Ianitrices quatuor ad ianuam primariam constitutæ sunt; quarum dux saltem semper assistunt: Ad ianuam verò curuum dux deputatæ sunt, quæ ambæ, quādo opus est, presentes sunt, quādo ianua aperitur, & quādo assistendū est. Quādo autem aliqua illarum iusto impedimento detinetur. Ab Abbatissa alia pro illa vice subrogatur.

Clauis dux singulis ianuis, & etiam ianuarum ad instar cancelli, quæ in Monasterio est, ante illam curuum, sunt; quarum vna semper penes Abbatissam, alia verò apud iantricem antiquiorem professione asseruatur.

*De concordia.*

*De silentio.*

*De Ianuis.*

*De Ianuis.*

Ianua

Ianua ante ortum solis minimè aperiuntur.  
 Concil. Prou. 1. cod. Clauduntur verò vesperi ante signū Salutationis Angelicæ.

Nunquam aperiuntur nisi duabus iantricibus præsentibus.

Nulla Monialis ianua appropinquat, quando aperta est: neque ipsa aperta, quemquam etiam parentem alloquitur.

De Rotis. Concil. Prou. 4. cod. Rotæ sunt quatuor; Vna ianua communi adiuncta, altera in parlatorio; tertia in cellula confessionum: quarta in Ecclesia pro illis, quæ ad Missam necessaria sunt; vt latius in Visitatione locali, seu materiali dicetur.

Omnes clauibus claudi possunt; & semper post salutationis Angelicæ signum, & tempore mensæ clauduntur; & Abbatissæ clauis assignantur.

Præfectæ Rotæ primariæ, siue communi sunt quatuor; quarum duæ saltem ibi semper assunt.

Cibus solùm è rota communi exponitur. Clavis valuarum interiorum rotæ Ecclesiæ ab Abbatissa seruatür sicut etiã clavis rotæ cellulæ confessionem: licet aliquãdo illa Sacristæ maiori, & hæc vltimæ Discretæ, ad quã spectat cura Monialiũ in ijs, quæ ad confessionem pertinent, assignentur, & relinquatur.

De Ecclesia. Ad Ecclesiam ferè omnes semper initio diuinorum officiorum conueniunt.

Habitu decentem deferunt.

Accessus ad Chorum; & recessus ab eo, ordine fit.

In proprijs sedibus persistunt vsq; ad finem nisi ratione officij discedendũ sit.

Silentium seruatür etiam propè Ecclesiam.

Cantus profanus, lasciuus neque in Ecclesia, neque alibi adhibetur.

Musicis instrumentis, excepto organo, non vtuntur.

In Ecclesia exteriori officia minimè

canuntur; sed tantum Missa, & quidem die festo ipsius Ecclesiæ.

Ad sonitum campanæ refectorij omnes, præter illas quæ legitimè impediuntur, ad benedictionem mensæ conueniunt: Deinde locis suis singulæ iuxta professionem ordine discumbunt. Mensa autem sublata, & gratijs Deo peractis, ordine etiam discedunt.

Carnibus vescuntur diebus Dominicis, ferijs tertijs, & 5. ex dispensatione Greg. 13.

Ieiunant ferijs quarta, & sexta.

Ad primam, & ad secundam mensam, manè, & Vesperi libri spiritualis à confessorio delectus à iunioribus per orbem hebdomadarijs legitur.

Silentium regulariter seruatür.

Nulla alij quidquam elargitur.

Duæ Ianitricæ, & duæ Rotæ Præfectæ ad primam mensam accedunt, aliæ verò ad secundam.

In Dormitorio dormiunt viginti tres.

Silentium seruatür; & vbi violatur, præfecta Dormitorio ad Abbatissam refert.

Lampas nocte iugiter ardet, sicut etiam in claustro, & in infirmaria, quando sunt ibi ægrotæ.

Dato signo Dormitionis omnes, etiã quæ in cellis degunt, statim ad dormitorium, cellasue se conferunt, & dormitum eunt, & an hoc fiat, inspicunt Abbatissa, & aliæ officiales maiores.

Dormitorium nocte clauis clauditur, & clavis ab Abbatissa custoditur.

Cellæ verò diu, noctuq; apertæ sunt, ita vt eas Abbatissa semper inspicere valeat; præter illas claustrum superioris, in quibus iuniores degunt, & illas nouitiarum, quæ extra velle clauduntur noctu; & tempore Matutini à Præfecta claustrum, & à Præfecta nouitiarum, vel ab earum substitutis aperiuntur.

Ægro-

De Refectorio.

De Dormitorio. Petr. p. 4. de reform. Monial. Informat.

Infirmaria.

Aegrotæ omnes cubant in infirmaria; & valetudine recuperata statim ab ea recedunt.

Eas Abbatissa quotidie visitat.

Illarum curæ quatuor deputatæ sunt, quæ quanta maxima possunt patientia, & diligentia officio suo non desunt.

Vbi aliqua grauius ægrotat, absoluta oratione mentali, pro ea aliquo breui temporis spatio superioris arbitrio semper oratur: nec alia suffragia spiritualia desunt.

Cibus quoque & medicamenta opportuna illi adhibentur.

Nulla medicamentum, etiam leue absque medici consilio sumit.

De Vestibus.

Vestes omnes in vno cõmuni loco asseruantur, præter illas ægrotarum contagionis nomine suspectas.

Vestibus quatuor præfectæ sunt, ad illas excutiendas, purgandas, ac sarcinendas; quæ etiam sororibus in singulas hebdomadas pro tempore, & vt opus fuerit, illas distribuunt.

Subuculis, & lintea minibus lineis absque dispensatione vtuntur ultra quinquaginta annos.

De Laboribus.

Dux Moniales maturæ, ac prudentes laboribus Monialium præficiuntur, quæ ad Roram accipiunt, quæ eleboranda sunt; eaque Monialibus distribuunt, & ex rota accepta mercede restituunt, præsentem semper Rotæ Præposita. In hisq; nulla alia Monialis se ingerit; etiam si eius occasione à cognatis, parentibusue aliquid elaborandum mittatur.

Conc. Prou. sed.

Frequentes sunt; & vbi aliqua non iuste impedita ab huiusmodi laboribus abstinerit, punitur ad præscriptum Concilij.

Nulla, Ianitricibus exceptis, alibi, quâ loco operibus elaborandis cõstituto acupingit, aliudue quicquâ manibus elaborat.

Lectio libri spiritualis quotidie adhi-

betur; manè spatio dimidiæ horæ; à prædico verò per horam: & legunt iuniores arbitrio Præfectæ. Aliquando rarò tamen, post lectionem, quæ audierunt inter se conferunt.

Sermones cantusue profani nequam proferuntur.

Præfecta laborum librum certum habet, in quo quicquid ex ijs laboribus lucrari capitur, enucleat è scribit.

Ostia horrei, & eius loci, vbi farina asseruatur duabus diuersis clauibus clauduntur, quæ singulæ à singulis præpositis ei officio custodiuntur: & illæ cum triticum & farina importatur vel exportatur, semper adsunt.

De Horreo, &amp; pistrino.

Triticum in Monasterio solum ad Monasterij vsum, & necessitatem asseruatur; sic de frugibus, & annona.

Offulæ & alia huius generis aliquando donandi causa tantum conficiuntur.

Quando panis cõficitur, accedunt ad ipsum conficiendum tres deputatæ, & conuersæ omnes, & aliæ, si opus est, iussu Præfectæ, vel Priorissæ.

Ostia collocutorij; & intus, & foris clauē clauduntur. Clauē autem ostiorum exteriorum tempore Quadragesimæ, & Aduentus, & diebus festis semper à Confessario custodiuntur; alijs verò diebus, nocte tantum, die verò apud Abbatissam asseruatur; apud quam etiã asseruari solet diu, ac noctu clauis ostij interioris.

De Collocutorio.

Nunquam autem aperiuntur, nisi longiori colloquutione opus sit: & cum ibi aliqua colloquendi causa adest, semper patent.

Auscultatrices ita loquentibus assunt, vt quid intus, & foris dictum, factumue fuerit, ipsæ quoque audire, & cognoscere queant.

Abbatissa diligenter, ac prudenter regit, & maximè curat pacem & concordiam inter Moniales.

De Administratione.

N

Visitat

Visitat ter in singulos annos vna cum Discretis cellas, supellestem, & libros singularum Monialium.

Negotia graua cum Discretis in congregatione, quae singulis mensibus bis fieri solet, & saepius, quando opus est, confert; grauiora vero in Capitulo.

Bona non alienantur, neque permittantur sine consensu, & interuentu superioris, seruatis seruandis, sicut neque edificatur, neque aes alienum contrahitur vltra quingentos aureos. Locantur vero cum consilio deputatorum propriis Cædulis.

Reparationes hoc anno factæ ex consilio deputatorum sunt, vt in indice.

Instrumenta, & iura Monasterij seruantur in Archiuio sub duabus clauibus; quarum vna est penes Abbatissam, altera penes Discretam maiorem.

Abbatissa rationem bonorum Monasterij præscriptam fideliter, & accuratè habet.

Singulis tribus mensibus ad Capitulum summatim refert rationem accepti, & expensi: & quotannis superiori, & Monasterij Curatoribus deputatis.

Conuentio nulla fit de Eleemosyna spiritali, cum nouitia recipitur, sed superioris arbitrio remittitur.

Nouitiæ loco separato à cæteris Monialibus cum Præfecta, & eius coadiutrice habitant: Earum curam sola magistra electa, & eius socia habent; alia præterea nulla: quæ ipsas præcipuè in voluntate abijcienda exercent.

In principio autem ingressus exercitationibus spiritalibus maximè incumbunt, curante hoc Confessario.

Monasterio Nouitiæ causa nihil datur præter id, quod necessarium est ad victum, & vestitum illius temporis, quo in nouitiatu fuerit, quod soluitur antequam puella in Monasteriū ingrediatur.

Quod verò Eleemosynæ gratia datur, deponitur tempore, quo puella habitum suscipit apud virum à superioe approbatum.

Ante professionem per mensem Abbatissa Archiepiscopo significat, quo tempore nouitia professura sit.

Nulla cogitur vlllo modo ad professionem emittendam.

Professionis diei, & anni, quo facta est, memoria in libro conseruatur, cum subscriptione illius professæ, & saltem quando ipsa scribere nescit, eius quæ illam ad professionem admittit.

Die professionis, habitus uè in forasterijs, & adibus uè Monialium conuiuia minimè fiunt, neque bellaria dantur.

Anno die habitus, & professionis quolibet sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, maximè pro gratiarum actione suscipere solent.

Conuersæ recitant loco diuinarum De Con- ueis. ueis. orationem Dominicalem, & Salutationem Angelicam centies singulis diebus: aliqua verum officium Beatissimæ Virginis, & hoc à decem annis citrà.

Ipsæ quoque inuolubiliter clausuram seruant.

Nulla particulariter alicui seruit, sed in communi omnibus.

Monialibus velatis debitam reuerentiam regulariter non reddunt.

Doctrinam Christianam diebus festis audiunt.

Nulla ad Capitulum admittitur, neque illi quicquam promittitur, nisi prius habita facultate ab Ordinario, postquam examinata fuit: Et cum Capitulum habent, suffragia tacita feruntur.

Et nulla ad religionem, neque ad professionem censetur admissa, nisi duas ex tribus partibus suffragiorum tulerit.

De suffragiorum autem exitu statim superior admonetur.

Non

Non recipiuntur ultra tres germanas, & quatuor eiusdem familiz.

Puella manet ad Monasterium nulla pompa ab intimis propinquis mulieribus, & nullo aliorum inuitatu deducitur.

Elemosyna, & impensæ faciendæ in ingressu, vel professionis tempore prescribuntur à superiore: & nulla cogitur conuiuium, seu pastum facere.

Nulla induit habitum ante Sacramentum Confirmationis.

*De puellis in educatione.* Puellæ ultra hominum memoriam in hoc Monasterio educari solent.

Nulla in educatione recipitur, nisi cum facultate scriptis exarata.

Puellæ in educatione à Monialibus separatæ viuunt in omnibus, præterquàm in Ecclesia, cum Missa, & diuina officia celebrantur.

Vestiunt vestibus modestis præscriptum.

Cincinnatiæ non sunt: neque in aures, aut huiusmodi deferunt.

Nulla in educatione est, quæ vigesimum quintum annum egerit.

Pro cuiuslibet educatione solvuntur triginta aurei singulis annis: Cuius pecuniæ dimidium in singulos sex menses representatur: nisi aliquando vberior taxa ratione penuriæ à superiore præscribatur.

*Officia. le & Ministr.* Confessarius est R. P. N. ex facultate concessa à Reuerendiss. Archiepiscopo

die 20. Aprilis 1591. cuius etiam consensu singulis annis illi solvuntur nummi aurei vigintiquinque.

Capellani sunt duo, videlicet P. N. cum facultate Vicarij Generalis, die 17.

Octob. 1592. & P. N. cum eiusdem facultate, die 4. Ianuarij 1593. Et vnicuique eorum solvuntur libræ ducentum singulis annis.

Clericus est N. N. Acolytus, cui persolvuntur libræ trigintaquatuor quolibet anno cum facultate Vicarij, die 5. Ianuarij 1593.

Deputati sunt R. D. &c.

Magnifici D. D. &c. arbitrio Reuerendiss. Archiepiscopi. Et de deputatione facta die 2. Ianuarij 1590. constat in Cancellaria Archiepiscopali.

Negotiorum gestor est N. cui solvuntur nummi aurei quinquaginta quolibet anno.

Famuli sunt N. N. & Ancilla vna, quorum singulis scuta duodecim in anno persolvuntur, & omnes à superiore probati sunt.

Reditus, & exitus, vt in Indice.

Creditorum, & debitorum, vt in Indice.

Cætera omnia vt in Indicibus, & Inuentarijs. Huiusmodi verò status generalis ex ijs quæ ipsemet Visitator viderit, & ex pluribus fide dignis cognouerit, elici potest.

Dum autem Visitator singulas alloquitur, statim cuiuscunque peculiarem, vt infra conficiat, atque describat.

## C A P V T VI. Status peculiaris Monialium

*Si Priorissa, vel Discreta, vel alias Abbatissa scribitur R.* REVER. M. D. Catharina N. Mediolanensis fil. q. N. de N. & N. de N. iugaliū annorum 45. Completorum die prima Iunij Choralis.

Ingressa, vt ait, spontè, & examinata fuit ad Capitulum à R. N. Ad habitum verò à R. N. &c.

Habitum suscepit die 20. Augusti 1564.

à R. D. N. Vicario; Abbatissa verò R. D. N.

Examinata ad professionem à R. D. N.

Professa coram R. D. N. Abbatissa verò R. D. N. die 26. Aug. 1565. vt de receptione, & professione constat in libro ad hoc confecto, qui apud scribā asseruatur.

*D. N. A. lijs ve. ro D. N.*

N 2 Ele.